

*Lib. XXXIV. Tit. I.*  
De alimentis vel cibariis lega-  
tis.

- §. 1. *Alimenta* & cibaria relinqui possunt etiam *deportatis* & servis  
pœnæ, it. servis propriis, etiam sine libertate.  
Sed ad pubertatem usque relicta, debentur usque ad ple-  
nam, nempe 18. annorum.
- §. 2. *Alimenta* sub se comprehendunt hoc loco  
(non etiam in transactione super alimenta,)  
ipsa cibaria, & habitationem, & vestiarium.  
non vero sumptus ad studia.  
*Cibaria* significant solum cibum.
- §. 3. *Quantitas alimentorum* non expressa præstatur juxta conditio-  
nem legatarii.
- §. 4. Beneficium hoc *finitur morte* percipientis, non præstantis.

*Tit. II.*

De auro, argento, mundo, ornamen-  
tis, unguentis veste, vel vestimentis, & statuis  
legatis.

- §. 1. *Legatum auri, argenti*, significat  
quicquid auri & argenti testator reliquit, s. formati sive rudis.  
it. gemmas ornandi auri causa accedentes.
- §. 2. Non verò pecuniam h.e. aurum & argentum signatum.  
Certum pondus auri (non certi) legatum significat quan-  
tatem s. pretium istius temporis.  
Legatam omnis argenti quod suum esset, non comprehen-  
dit creditum ( quia non videtur suum, cum non vindicari  
possit. )

*Tit. III.*